

EXPLANATIO

944

VERS. L



ILIGAM, quoniam exaudiuit Dominus vocem deprecationis meæ.

2. Quoniam inclinavit aurem suam mihi, in diebus meis in vocabo.
3. Circundederant me laquei mortis: angustiae infernales inuenerant me, angustiam & dolorem inueneram.
4. Et in nomine Domini inuocabam: obsecro Domine eripe animam meam.

5. Benignus est Dominus & iustus: & Deus noster misericors.
6. Custodit parvulos Dominus, attenuat useram, & servavit me.
7. Reverttere anima mea in requiem tuam, quoniam Dominus benefecit tibi.
8. Quoniam eripuisti animam meam è morte, oculos meos à lachrymis, pedem meum à lapsu.
9. Versabor coram Domino in terris viventium.
10. Credidi, propter quod loquutus sum: ego adfligebar admodum.
11. Ego dicebam in præcipitatione mea, omnis homo mendax.
12. Quid retribuam Domino, pro omnibus quibus benefecit mihi?
13. Calicem saluationis accipiam, & in nomine Domini inuocabo.
14. Vota mea reddam nunc Domino, coram omni populo eius.
15. Preciosa in conspectu Domini mors eorum, qui beneficentiae ipsius sunt participes.
16. Planè Domine, quia ego seruus tuus, seruus tuus, filius ancille tuæ, soluisti vincula mea.
17. Tibi sacrificabo sacrificium laudis, & in nomine Domini inuocabo.
18. Vota mea Domino reddam, coram omni populo eius.
19. In atrijs domus Domini, in medio tui Ierusalem. Halleluiah.

LECTIO.

Vers. 1. Diligam.] Ebr. אֶחֱבָתִי: id est, Dilexi. Sic & Græc. & vulg. Lat. & Hieronymus, & Felix, & Pagnia.

Tigurina vertit Diligo Dominum. Hieronymus negat legendum esse, Diligam: verum facit hoc præter certam rationem.

Vers. 8.

Quoniam eripuisti.] Ebr. בְּרַחֲלֹצָתֶךָ. Græc. & vulg. Lat. Quia eripuit. Hieron. Quia eruet.

Vers. 9.

Versabor coram Domino.] Ebr. בְּתַחְלָה לְפָנֵיךְ. Græc: ἀπεισι στρέπτον λύεις. Vulg. Lat. Placebo Domino. Hieronymus: Deambulabo coram Domino.

Vers. 11.

In præcipitatione mea.] Ebr. בְּחַפְזִידָה. Græc: ἐπ τῆς πτώσεως με. Vulg. Lat. In excessu meo. Hieron. In stupore B meo. Iustinian. In festinatione mea. Camp. In irepidatione & summa propemodum desperatione mea.

Vers. 12.

Quibus benefecit mihi.] Ebræus: בְּלַגְבוֹלָה יְהוָה. secundum D. Kimhi, id est, per modum lingue Syriacæ. Græc. & vulg. Lat. Quæ retribuit mihi. Sic & Hieron. Pagn. Pro omnibus retributionibus eius, quæ sunt super me. Felix: Omnes retributiones eius super me. Et tamen supra versu 7. & Græc. & vulg. Lat. verterunt: Quia Dominus benefecit tibi: cùm idem illic sit verbum בְּלַגְבוֹלָה, quod habetur hoc loco.

Vers. 15.

Mors eorum, qui beneficentiae eius sunt participes.] Ebr. מֵתְוֹת הַסִּדְרִים. Græc: οἱ νεκροὶ τῶν ἁγίων. Vulg. Lat. Mors sanctorum eius. Sic & Hieron. & Felix. Pagn. Mors misericordium eius.

Vers. 16.

Planè Domine.] Ebr. אָנָה יְהֹוָה. Græc. & evulgat. Latina. O' Domine. Hieronymus: Obsecro Domine. Felix: Oro Domine. Campensis: Merito te amo benignissime Domine. Felinus: Ita Autophyes. Reliqua conueniunt.

EXPLA- Diligam, quoniam exaudiuit.] Duo dicit 1. & 2. versu. Vnum, quod diligit, dilecturusque sit Dominum,

NATIO. num, & quod in diebus suis: id est, donec vixerit, inuocaturus sit: id est, opere à Domino petiturus.

Vers. 1. & 2. Alterum, vnde hunc animum conceperit. Quoniam, inquit, exaudiuit vocem præcationis meæ, & inclinauit aurem suam mihi. Rem eandem bis dicit. Nam idem est hic, inclinare aurem, quod exaudire præcationem. Alioqui aures Deo non sunt, quas inclinet.

Vers. 3.

Circundederant me laquei mortis.] Orditur narrationem periculi, in quo constitutus ad Dominum clamauit, exauditusque est. Laqueos mortis & angustias infernales, intelligit de metu & anxietate, cuius vim sensit, cùm in periculum & regni & vitæ incidisset, propter perfidiam Absalonis. Videbatur enim iam veluti ipsius mortis laqueis irretitus. Angustiae infernales: id est, sepulchrales, inuenerant me: hoc est, apprehenderant me. Angustiam & dolorem inueneram. Intellige, in angustiam & dolorem incideram.

Vers. 4.

Et in nomine Domini inuocabam.] Loquitur de præcatione, cuius versu primo meminit, quam Dominum exaudiisse cecinit. Est autem inuocare in nomine Domini, Ebraïsmus: pro, inuocare nomen Domini.

Obsecro Domine, eripe animam meam.] Sic inuocabat Dominum. Hæc erat summa præcationis. Significat se periculum vitæ incurrisse, & pro conseruatione illius clamasse ad Dominum.

Vers. 5. & 6.

Benignus est Dominus. Hisce versibus, 5. & 6. prædicat primum in genere, quām sit benignus & misericors Dominus. Quod addit: Et iustus, idem est, quod bonus ac benignus. Deinde tanquam testimonium bonitatis & misericordiæ eius, adjicit, quod custodiat parvulos: id est, homines simplices, abiectos, & innocentes. Et exempli vice subiicit de se: Eram attenuatus & abiectus, & seruauit me: atque in me quoque declarauit, quām sit benignus, bonus, & misericors, & custodiat parvulos.

Vers. 7.

Reverttere animam meam.] Seipsum alloquitur pro gaudio, ex eo concepto, quod liberatus esset opere Domini,

Dominus & regis
ab Hierolo
de quo etiam
Domini, redi
spenerat de pa
quam Script
errex in don
et Abhalonen
metu*nisi*.
Quoniam eripi
est, nisi tu me
nisi & sciu*isti*, ut ne
Vesperor coram
igne sua versat
neprius poll
Credidi, propter
Alij de eo, qui
conuincuerat
me, ut adfl
natus.
Alij exponun
tio de veritate
stas, ut in præ
lum: putans
omnibus app
Miserent
tatio Abs
in, ex quod f
spicquod ipse
elegin generat
Salomon adha
in. Omnis hom
nus in popul
tum. Quare
reducitur in
min Hebron
Quid retribuam
upi beneficii s
tio multa & m
Cædem saluat
reducere, ac De
littera, hunc leu
ludo. Et in nomi
redemptori ag
Vota mea reddam
tum Deo sacrifici
populi frequen
Preciosa in con
reddam, quam r
merita & quam c
tum, subiung
lamentis est plan
vide Exodi 21.1
Tibi sacrificabo
tum & sacrifici
livid et taberr
Poterit tame
Cædem saluat
Vota mea reddam
Luminis mori eoru
quæ ego seruus tuu
tempore sic clamab
tum & fideliter landas
Eas suprà Psal